1572

Sit omnibus notum quod nos Margarita Solera et Petrus Soler eius filius et Elisabet eius sponsa agricultores ville Constantini Campi et diocesis Tarrachone confitemur et in veritate recognoscimus vobis Gabrieli Coll agricultori mansi termini et parrochie predicte ville Constantini et vestris quod dedistis et solvistis nobis in pecunia numerata coram notario et testibus infrascriptis nos que a vobis habuimus et recepimus omni nostre voluntati omnes illas sentum viginti quinque libras monete Barch. pro quibus sive quarum precio vendidimus vobis et vestris quandam domum sitam in dicta villa Constantini in vico vulgo dicto de la Costa, o, del portal de las Seluas confrontatam cum vidua Sarrana et cum Petro Arboli et cum vico de la Costa et cum vico del portal de las Seluas ab una sitja entre dit Soler y Arboli et constat in instrumento publico hodie paulo ante confecto et per notarium infrascriptum recepto ad quod sit atque habeatur relatio et quia sumus a vobis bene pacati et contenti omni nostre voluntati renunciamus omni exceptioni dicte pecunie a vobis non habite non recepte et non numerate et doli mali ac infactum actioni, facientes vobis pactum de ulterius non petendo et de non agendo solempni stipulatione vallatum, ita facimus fieri vobis et vestris presentem apocham de soluto ac de recepto in testimonium premissorum, quod est actum in dicta villa Constantini die trigessima octava mensis marcij anno a nativitate domini millessimo quingentessimo septuagessimo secundo. Sig+na nostrum Margarite Solera Petri Soler eius filius et Elisabet eius sponsa confitentium predictorum qui omnia et singula supe rius dicta laudamus concedimus et firmamus.

Testes huius rei sunt Johannes Sogranyes Johannes Oland et Anthonius Puig omnes dicte ville Constantini.

La qual cassa lian de donar vacua y expedida per totes les festes

Sig+num mei Raphaelis Caldes presbiteri decretorum doctoris et rectoris parrochialis ecclesie ville Constantini necnon scribanie communis dicte ville notarij publici qui predicta cum alieni manu scripti feci propria manu requisitus clausi.

1572